



Universitätsbibliothek Paderborn

**Johannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi
Maioris Apvd Heripolin Abbatis, viri suo aeuo doctiss. ...
Partis Opera Historica, Qvotqvot hactenus reperiri
potuerunt, omnia**

Partim E Vetvstis Fvgientibusque editionibus reuocata, & ad fidem
Archetyporum castigata; partim ex manuscriptis nunc primùm edita ;
Qvorvm Catalogvm Aversa pagina exhibet

Iohannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd
Heripolin Abbatis, viri suo æuo doctissimi Secvndæ Partis Chronica
Insignia Dvo - I. Coenobii Hirsavgiensis, Diœcesis Spirensis: eius
fundationem & progressum ab Anno Christi DCCCXXX. vsque ad Annum
MCCCLXX. II. Coenobii ...

Trithemius, Johannes

Francofurti, 1601

Reverendissimo Et Illvstrissimo Principi, Dn. Iohanni Adamo Archiepiscopo
Mogvntino, Sacri Romani Imperii per Germaniam Archicancellario, &
Principi Electori, &c.

urn:nbn:de:0128-1-17336

hemij



REVERENDISSIMO ET IL-
LVSTRISSIMO PRINCIPI, D.N. IOHANNI
ADAMO ARCHIEPISCOPO MOGVNTINO, SACRI

Romani Imperii per Germaniam

Archicancellario, & Princi-
pi Electori, &c.

Domino meo clementissimo.

X quomirificam Historię & vo-
luptatem perfentiscere à puerō
cœpi, & vtilitatem æstimare cum
crescentibus annis addidici, iam
dudum ita statui, nihil rectius in
litteris posse fieri, & de quo huic
seculo magis gratulādum sit, quam quod omnia
ad superius æuum illustrandum facientia scri-
pta, nec illa tantū summæ, sed etiam mediæ anti-
quitatis monumenta vndiq; eruere velut certa-
tim laborant homines eruditi, & in publicum
conferre gestiunt. Quo in genere cum nostræ et-
iam opellæ nonnulla hactenus Respublica litte-
raria libenter imputat, tum vero non vltimo in-
tere aloco exstare cupio Trithemianorum istud
Annalium non pœnitendum opus: quod solo ti-
tulo hactenus cognitū, & à doctis desideratum
pariter & deploratum, à metandem bona fortu-

)(2

na recuperatum , dignum luce & posteritatis
vſu continuo iudicaui. Ille in Dicecesi tua haud
infimus Prælatus , sed magis eruditioñis meri-
to (raro ea tempestate, vt paullo supra vulgus
scientibus etiam de Magia calumniam gene-
rare posset) celeberrimum nomen adeptus, in-
ter alia per Ecclesiam & Imperium memora-
biliter gesta, res in primis Moguntinas diligen-
ti calamo consignauit, & posteritati conserua-
uit. Cui dum patronum competentem pro
more circumspicio, rationem inire non potui,
cuius iustius quam tuo, Reuerendissime Prin-
ceps Elector, nomini inscribi posset adeoque
deberet. Quod etiam consilium Cancellario
tuo, viro vere nobili, Philippo Wolfio à Rose-
bach (quem virum vt aliqua generis affinita-
te, ita magis animorum studiorumque coniun-
ctione me contingere, in felicitatis parte po-
no) facile comprobaui. Neque id tam, quod
res Ecclesiæ (vti modo dixi) tuæ præ cæteris
cum cura Auctor ille noster literis mandaue-
rit, vt perpetuum fere Chronicon Mogunti-
num hisce Commentariis inesse dicere ausim:
quam quod totius Imperii Germanici præci-
pua momenta vicesque accurate annotauerit:
in quo eam tu cum amplissimo & antiquissimo
præfulatu coniunctam dignitatem magno me-
rito tuo sustines, quam Græcus Auctor Nicetas
Choniates , de prædecessorum tuorum aliquo
loquens,

loquens, τοῦ δέχεται οὐτος Αλαμανῶν, ὃς ή Λατίνων βουλευταὶ φω-
τικαγια λέσχαι, ὃς εἰς Ἑλλήνες ἐποιεῖ, λογοθέτην vocat. Tuæ c-
nim curæ & dispositionis rerum per late paten-
tem Germaniam à Cæsaribus gerendarum ex-
peditio, perscriptio, publicatio; tuæ Iustitiae &
tribunalis Augusti conseruatio, tuæ Comitio-
rum conuentuumque sollemnium ordinatio.
Tuæ igitur Archiuæ, tablina, chartophylacia. In
quibus hoc genus monumenta & rerum omni æ-
uogestarū commētarios, nescio an minus quam
aliud ullum actorum regestorumq; genus asser-
uari publice intersit; sine quibus profecto in
magna plurimarum rerum grauissimarum igno-
ratione versaremur. Istum certe Trithemium,
ut præcedentium ætatum scriptores & reliquias
omnes diligenter collegerat, euoluerat, excer-
plerat; ita suo æuo gestorum, in quibus potissi-
mum se diffundit, testem locupletissimum ha-
bemus. Semper autem ita censi, nec me senten-
tiæ adhuc pœnitet, Historiam que Testis Tem-
porum audit, non dictis melius fidem facere pos-
se, quam si de suo proprioq; sensu (vt cauſidi-
corum filii loquuntur) causam scientię reddat.
Qua vtiq; causa nimio prestare iudicant eruditii,
vetera ista cuicui modi religiose cōseruari, quam
noua subinde ex animi sententia procudi &
compilari. Quod vtinam & ipse Trithemius,
eumq; sequuti Nauclerus, Auentinus, aliiq; fe-
cissent; profecto quos illi auctores sequuntur,
quam ipsos legere non paullo maluissemus.

Sedij quoniam aut latent alicubi captiui aut se-
pulti, aut etiam planissime perierunt, hoc inte-
rim Catone (vt Augustus dicere solebat) con-
tentisimus oportet. Quē interea si qualis in ma-
nus meas peruenit, fide optima repræsentare sin-
cerum & illibatum, tam probe defunctum fidi
editoris fore me officio putaui, quā scriptorum
ipsorum fidem veritatemq; præstare editori mi-
nime incumbit. Neq; enim ferendi sunt, qui in
alienis scriptis, præsertim antiquitate, ingeniosi
esse volunt: minus, qui audaces: minime omniū,
qui in Historię auctorib. sibi permittūt quidquā
pro arbitrio aut affectu obmutare. Quod si Hi-
storico vitio vertitur, iudicium narratis interpo-
suisse; quid editorie eius? Et scripserint sane, vt li-
buit singulis, vt visum, vt compertum: quando
nobis credere, vt libet, & de creditis iudicare, li-
berum esse volumus. Sufficiat nobis ea religio-
ne in edendo vsos, vt non verbulum mutare in-
dulgeremus; sed potius cum cura ad Aucto-
ris archetypos, venerandæ antiquitatis miræque
elegantia codices, exigeremus, & quantum fie-
ri posset, integratæ suæ relinqueremus. Quod
quidquid est operis, eo ipso temporis articulo
absolutum in luminis amas exire, quo tu Präf-
ul illustrissime, viuis excedente laudatissimo anti-
stite Wolfgango Dalburgio, optatissimus illi suc-
cessor gubernacula amplissimi in Imperio mu-
neris capesseres, eiusque fortunæ amicissimum
gratu-

at se-
inte-
con-
ma-
ē sin-
a fidi
orum
i mi-
qui in
niosi
nniū,
dquā
si Hi-
erpo-
,vtli-
ando
re,li-
ligio-
rein-
ucto-
æque
mfie-
Quod
iculo
Præfus
anti-
li suc-
, mu-
num
gratu-

gratulatorem serenissimum principem Frideri-
cum Palatinum Electorem collegam tuum, do-
minum meū, nuper haberet, id verò ipsum præ-
ter superiores causas nouam insuper occasione
suppeditare, adeoq; animum addere visum est,
de eodem illo virtuti tuæ debito delatoque ho-
nore tibi humili deuotione gratulandi, eumque
vt tibi Deus Opt. Max. solidum & diuturnum,
tuæque Ecclesiæ & prouinciaë salutarem esse ve-
lit, ex animo precandi. Quod nostrum studium
vt pro eximia tua clementia boni consulere di-
gneris, Clementissime Domine, qua possum a-
nimi submissione humiliter & enixe rogo & ob-
testor. Vale. E Myrtleto, pridie Kal. Iun.
Anno Christi M. D C I.

Reuerendissime Celsit. Tua

deditissimus

MARQVARDVS FREHERVS.